



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Capvt V. Innocentius III. a Nidrosiensi Archiepiscopo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74544)

tibus manebat; ideo victor ex sponſu contravictum agebat ad pœnam. Docent Budeus in annotation. priorib. ad Pandect. pag. mibi 94. Pollutus lib. 5. hyst. fori Rom. cap. 5. Buisson. lib. 5. de formul. pag. 369. Pitheus lib. 1. advers. cap. 13. Osualdus lib. 24. Donel. cap. 3. litera E. & cap. 13. litera D. Deliderius Heraldus ad Arnobium advers. Gentes lib. 4. pag. 137. Joan. Funger. in etymol. verbo Sacramentum. Ex qua observatione explicari potest textus in l. 3. S. idem scribit. ff. de pecul. ubi docemur, non minus contrahi in iudicio, quam per stipulationem, videlicet propter sponſiones istas, quæ in initio litis ultro, citroque interponebantur. Inde novationem necessariam per litis contestationem contingere docetur in l. delegare 11. l. aliam 29. ff. de novat. & explicant Brissonius lib. 2. de solut. tit. de novat. Valentia lib. 2. illustr. tract. 2. cap. 9. Wisembach. disp. 40. num. 13. Illustrant Pitheus lib. 1. advers. cap. 18. Germonius lib. 3. de sacror. immunit. cap. final. num. 26. Pancirola lib. 1. var. cap. 39. Revardus lib. 2. var. cap. 18. Vasconcellos ad titulum de sacramentis non iter. Cujac. in l. 69. ff. de legat. 2. de quo sacramento aliqui accipiunt textum in l. 1. §. 5. ff. de extraord. in cognit. Postea statutum fuit, ut actor in initio litis decima ipsius litis calumnie nomine caveret, hoc est decimam partem litis, ni vicisset, reo preſtiturum. Extat constitutio Diocletiani, quam ex Codice Hetmogeniano restituit Cujacius lib. 7. observ. cap. 6. quæ ejus repromissionis decimæ partis meminit, ibi: Quippe si per calumniam hoc cum facere confidis, remedio repromissio-

nis initio postulata calumnie decime partis ejus, quod competit, tibi condemnare cum desiderare potes. Extat etiam vestigium in l. 4. Cod. de fruct. & lit. expens. & in formula veteri, cap. 29. & apud Francos non aliàs litum expensas cognitatas fuisse, quam per hanc decimam partem litis, probat Bignonius in notis ad Marcullsum. lib. 1. cap. 20. Hanc tamen pœnam obſoletam sustulit Justinianus in l. ult. §. antiqua, Cod. de jurejur. propter calum. §. hæc autem; Instit. de pœna temerè litig. eandemque postea reduxit non abolito calumnie jurejurando, in novella 112. ut ita temerè litigantes variis afficerentur pœnis. Quam legalem sanctionem etiam in causis ecclesiasticis procedere statuit Alexand. III. in presenti, ita ut semper victus victori in expensis damnetur, si temerè, & calumnie causâ litigavit, l. properandum, §. & si quid, ubi Cujac. C. de judic. l. 2. ff. si mul. ventris; ubi Cujacius. Quando tamen quis dicatur temerè litigare, & plura de expensis in iudicio solvendis congesſerunt Cujacius lib. 12. obs. cap. 1. Hothomanus in dict. l. properandum, §. 6. Parladorius lib. 2. ver. quod. cap. final. §. 18. Covar. practic. cap. 27. Gamma decis. 65. Thefaurus decis. 67. Donellus lib. 26. comment. cap. 3. ubi plura Osualdus litera H. Pichardus in dict. §. hæc, Instit. de pœna temerè, Faber de error. deced. 19. error. 6. Fachineus lib. 1. controv. cap. 40. & lib. 12. cap. 52. Barbosa lib. 2. voto 18. per tot. Farinac. in report. judic. cap. 52. Valenzuela consil. 132. ex num. 79. & consil. 143. num. 19. Borel. tom. 2. decis. tit. 39. de expens.

CAPVT V.

Innocentius III. ^a Nidrosiensis Archiepiscopo.

Quod in dubiis: *Ex infra*: Quia verò tam sacerdotes, qui gubernant naves ad pugnam, quam qui personaliter exercent conflictum, & hi, qui alios incitant ad pugnandum, omnes enormiter peccant, de rigore canonico eos credimus deponendos.

NOTÆ.

^a *Nidrosiensis.*) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. unic. Integram

decretalem dedi, & inscriptionem exposui in cap. quod in dubiis, de renunc. & commentarium hujus textus invenies in cap. petitio, penult. de homicid.

CAPVT VI.

Idem ^a London. Episcopo.

Tva discretionis prudentiam. *Ex infra*: Ad illud quod à nobis tertio requisisti, qualiter clerici in ^b latrocinis, vel aliis magnis sceleribus deprehensi puniri debent. Respondemus, quod à suis ordinibus ^c degradati detrudi debeant in ^d archæis monasteriis ad pœnitentiam peragenda.

NOTÆ.

^a *Londonensis.*) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub tit. de vita & honestate cleric. cap. 3. & in cap. tua, de consanguin. & affin. in eadem collect. ubi extat alia pars hujus decretalis; sed quia non reperitur inter editas à Sirleto & Boschetto, ideo ejus integram restituere non possum.

^b *Latrocinis.*) Scelus verò si simplex furtum ad-

miserint; nam tunc tantum deponuntur, ut post Hostiensem in presenti, docuit Balboa in cap. cum non ab homine 10. de judiciis.

^c *Degradati.*) Clerici enim cum pœnitentiæ peragenda causâ in monasterio olim detrucebantur, prius deponi debebant, antequam huic carceri manciparentur. Cum enim monachorum conventus laicorum cœtus censeretur, inter eos agere non poterat clericus integro, suo gradu & statu servato; quare prius per dispositionem ad statum